



# Cordiale IV novissimorum, with Exempla.

<https://hdl.handle.net/1874/334203>



Sat venia coriis vixit resura colbas In congre suos hanfend

Aevum medium.  
Scriptores ecclesiast.

N°. 368.

Ry 17  
M. 66

Hs.  
4 J 16

Ob hunc mth snt resurau

9. 114

114 (Eccl. 368, antea 283x.) *Charta. 4°. 105 ff. Saec. XV.*

**Joannes Chrysostomus**, Homiliae VII de laudibus B. Pauli apostoli,  
fol. 1a—28a. 812—1082

Bullae duae Pauli II Papae de celebratione festi presentationis Virg.  
Mariae (1464) et Institutio hujus festi per Archiepiscopum Mogun-  
tinum (1468). Acc. excerpta et quaestiones de codem, fol. 29a—51b.

Libellus de raptu animae Tondali et ejus visione, cet., fol. 52a—67b.

114 (Incipit:) Anno domini millesimo centesimo quadragesimo nono, cet. (In fine)...  
de omnibus sanctis contrarium innuere videatur. Explicit libellus cet... tractans  
de penis et gaudijs paradisi.

**Hugo (de Sancto Victore)**, Opuseulum de disciplina claustralium (sive  
Speculum monasticae disciplinae), fol. 68a—86b. 1482—1666

(Incipit:) Quia fratres largienti, cet.

**S. Bernardinus (Senensis)**, Sermo de gloria virgine et laude ejus,  
fol. 87a—105a. 167a—185b.

In eodem volumine continentur: Quatuor novissima, cet. impr. Daventria (per  
Rich. Passroet) 1489; Passio Petri et Pauli apostolorum ac disputatio eorundem  
contra Symonem magum. (Editio vetus Germanica, apud Hain 1245).

„Liber monasterij S. Pauli in Traiecto inferiori.

lendens uale ducibus vobis leendens et uoluendo  
gives deluges denuo vobis defensas que vos dederis  
et eratis pro saluandis vobis quod servare denuo sunt nra  
illud si fieri potest da illi scilicet per amorem Iustitiae punit  
me et alterum et se quod est deus tuus punit deum et habet  
et regnum regalis iudicis in domum tuam quod uocatur  
mudi operis et uocis huius et despiceris

gerestaureerd, Sept. 1980

Lie: Restauratierapport

Lie: Charterdoos 6, nr. 7

~~Mr. B. C.~~

n° 244. x.

n° 243. x

No. 4. f. 16


Liber monasterij sancti pauli in traecto inferiori

1. *Exodus* 12. 1. *Exodus* 12. 1.


**Quatuor nouissima cū mul  
tis exemplis pulcherrimis**

*liber monasterij Sancti pauli ab fratre Iohanne Superiori*

**Scus Lebuini?**



dom in opere nostro  
etiam scilicet diligenter



**liber monasterij sancti pauli In traiecto**

**N**emorare nouissima tua et in eternum  
non peccabis Ecdas. vii. Sicut dicit be-  
atus augustinus in libro suarum meditati-  
onum Plus vitanda est sola peccati se-  
titas. Nam quilibet tormentorum immunitas.  
Cum ergo nouissimorum noticia et illorum  
freques memoria a peccatis nos reuo-  
cat. Virtutibus nos copulat et in omni bono ope nos reti-  
net et confirmat. Ideo divina inspirata grata de his nouis  
simis. videlicet que et quot illa sunt modicun pposui dice-  
re et narrare Necnon quodlibet ipsis dictis et auctori-  
tatis et exemplis singulariter et per se. ac specialiter et p-  
cise quodammodo declarare Est ergo notandum quod qua-  
tuor sunt nouissima cetera apud scos in numero cōpu-  
tata. Sicut patet evidenter ex verbis beati Bernardi in  
quodam sermone sic dicentis In omnibus operibus tuis me  
morare nouissima tua Quia quidem quatuor sunt mors  
iudicium. iehenna et gloria. Quid horribilis morte. quid  
terribilius iudicio. quid intolerabilis iehenna. et quid io-  
cundi celesti gloria. Hec berni. ubi supra Iste sunt quartu-  
or rote currus anime vehentes eam ad eternam salutem  
Ista sunt quatuor incitamenta incitatio spiritu hominis.  
ut spretis omnibus mundanis ad suum redeat creatorum.  
Est ergo conueniens et utile quod habeantur in continua  
recordatione Et ergo dicit sapi. eccl. xxvii. Memetrum no-  
uissimorum. Unde quidam volens haec nouissimam frequen-  
ter habere per oculis et iugiter in memoria versificando  
sic loquitur. Bis duo sunt que cordeteus sub pectori  
misi. Mors mea iudiciorum baratri nox lux paradisi Ulex  
cum totalis huius opusculi processus principaliter ad hoc  
conatur inducere. ut nouissimorum celebris memoria cor-  
dialiter et intime humanis cordibus imprimatur Conti-  
nue ergo videbitur rei consonus. ut prius huic libellulo  
nomen cordiale loco sui tituli si placet imponatur **H** **S**

**D**e morte corporali

**P**rimū igitur nouissimorum cuius memoria ē a peccatis retractiū est mors presens siue corporalis. **Vnde** Bern. in speculo monachorum Summa philosophia est meditatio mortis assidua, hāc quocunq; homoperrexerit secum portet, et in eternū non peccabit. Item Augustinus in libro exhortationū **N**obil sic renocat a peccatis, sicut frequens modiratio mortis. **H**ec est enim illa que facit hominem se humiliare, omnia contēnere et peccatiā aggredi siue acceptare.

**Q**uod meditatio mortis facit hominem se humiliare

**D**ico ergo q̄ mortis recordatio facit hominez se humiliare. **Vnde** augustinus in libro de verbis domini. **I**gnoscat homo se mortalem et frāget elationem. Cetera nostra et bona et mala incerta sunt. **S**ola mors est certa. **Vnde** quāuis aduentus ei⁹ hora nobis est occulta et incerta. **I**psa tamen est certissima, et veniens venit cito et non tardabit. **Vnde** ecclās tici xij. **M**emor esto quoniam mors non tardat. **S**cribitur enim in thobia. **M**ors p̄petrat fuga nulla patet, mortale tributum. **S**oluere nature lege tenetur homo. **A**d idem dicit bernardus in sermone. **M**iser homo quare te omni hora non disponis ad mortem. **C**ogita teā mortuum quem scis de necessitate moriturum. **D**istingue q̄ liter oculi cui vertentur in capite, vene tue rumpentur cor scinderetur in dolore. **Q**uis ergo iam non timebit et se humiliabit cum certissime scit se moriturum et in terrā reuersurum. **N**ulla enim erit personariū acceptio, sicut nec fuit ut scribitur i⁹ Regum xij. **O**mnes morimur quasi aque dilabimur in terram que non reuertuntur. **Vnde** in Richardo. **J**ure vocata fuit mors, quia mors amarus omnib⁹ est, a quo nemo cauere potest. **H**ic

3  
dicitur in libello de contemptu mundi. Mors resecat,  
mors omne necat quod carne creatur. Magnificos pre-  
mit et modicos. cunctis dominatur. Nobilium tenet i-  
perium nullusq; veretur. Nam ducibus q; principibus  
communis habetur Mors iuuenes rapit atq; senes. nul-  
li miseretur Illa fremit. genus omne tremit quod in or-  
be mouetur Illa ferit. caro tota perit. de sub pede mor-  
tis Conteritur nec eripitur. vir robore fortis nil redi-  
mit. dum mors perimit. quia federa nunq; Nec precium  
nec seruicium mors recipit vniq;. Sed quid plura loquar  
nulli mors impia parcit. Nec euadet inops nec que mar-  
subia farcit. Certe audeo nunc q; mors est ultima linea  
rerum Unde scribitur i ghetta. Omnia mors tollit. Doe-  
tum cecidisse cathonem. Atq; ipsum socratem pro cubu-  
sse ferunt Ecce qualiter sciēta aut doctrina nullum p-  
seruat a morti iaculis et ruina Nam ut scribitur eccl-  
esiastici scđo. Moritur doctus similiter et indoctus. Un-  
de ysaie tricessimo tercio dicitur Elbi est legis verba po-  
derans. Elbi est doctor parvulorum Quasi diceret: no  
sunt neq; viuit. sed eodem cursu cum alijs transierunt  
Sed cum gheta solos duos dictos ante nominat fore  
morte peremptos Dic mihi tu. ubi alexander potensis  
sum. ubi iudas machabeus. et sampson vir fortis viri-  
bus. ubi creslus dicissimus. ubi absolon pulcherrimus. u-  
bi galienus medicus. et Aluicenna eius socius. Elbi sa-  
lomon prudentissimus. ubi tullius. ubi arrestoriles peri-  
tissimus. ubi plato. ubi porphirius. ubi locutissimus poe-  
tarum virgilius Nonne omnes tanq; peregrini et hos-  
pites unius diei velocissime transierunt. Cetero sic Ha-  
nus ex eis non remansit. quia in vanitate defecerunt  
dies eorum. et anni eorum cum festinatione Nam ut di-  
citur in psalmo In ymagine pertransit homo. Nunce  
num fortis et sanus. compos per omnia. cras vero debi-  
lio aut languidus. fessusq; in terra cum dubia et fragilis

nobis vita tributa. Quod etiam sibi dare patet secundum  
phili. qui ad Iuliano imperatori de clementia et statu hominis  
interroganti sic respondit. Homo est mancipium moris,  
hospes loci et viator transiens similis aceruo rose mis-  
mus mature atque pomo nouo. Ex his faciliter comproba-  
tur quod fragilis et labilis et quod indurabilis est humana vi-  
ta. non solum modo pauperis. verum etiam cuiuslibet  
quanticunque dinitis aut potentis. Nam commune mo-  
ris mors nulli picit honori. Mors fera mors nequam mors  
nulli parcit et equam. Mors seruat legem tollit cum pau-  
pera regem. Nam regis et pauperis lex est moriendi co-  
munis. Dat causam flendi si bene scripta legis. Unde iob  
xx. sic scribitur de diuite et clato. Si ascenderit usque ad  
celum superbia eius. et caput eius nubes terigerit. quasi  
sterquilinum in sine perdetur. et qui eum viderint di-  
cent. Unde est. velut somnium euolans non inuenietur  
transire sicut visio nocturna. Item Baruch iii. Unde sunt  
principes gentium et qui dominantur super bestias que  
sunt super terram qui in aubus celi luduntur. qui argentum  
thezaurisantur. et aurum in quo confidunt homines. et non  
est finis acquisitionis eorum. qui argentum fabricantur.  
et solliciti sunt. nec est inuentio operum illorum. Exter-  
minati enim sunt et ad inferos descenderunt et alii in los-  
cum eorumdem surrexerunt. Unde prosper in suis sententiis  
sic ait. Unde sunt insuperabiles oratores. ubi qui con-  
uenientius festa disponebant. ubi equorum splendidi nu-  
tritores. ubi exercituum duces. ubi satrape et tyranni. no-  
ne omnes puluis et fauille. nonne in paucis versibus est  
eorum memoria vite. Respic sepulchra et vide. quis ser-  
uus et quis dominus. quis pauper et quis dives. Discer-  
ne si potes victimam a rege. fortam a debili. et pulchrum a  
deformi. Item dicit Crisostomus in libro de reparacione lapsi.  
Quid profuit illis qui in luxuria corporis et in presentis

4

Vite voluptatibus usq; ad ultimū diem permāserunt &  
intuere nūc sepulchra eorum. **E**nde si est aliquid iactan-  
tie vestigium, si aliqua diuiciarū vel iactantie signa cog-  
noueris. **R**equire ubi nūc uestes & ornamenti peregrini-  
na. **E**ibi nūc & spectaculorum voluptas. **E**ibi & secuto-  
rum turbe & opulentia, risus iocis, imoderata atq; irre-  
frenata leticia, quo abcessit. **E**bi illa nūc et ipsi, finem  
vtrorumq; intuere diligentius, & accede ppius ad finis  
gulorum sepulchra. **E**nde cineres solos et feditates ver-  
mum reliquias & recordare hunc corporum esse finem.  
etiam si in deliciis et leticia, etiam si in labore & continē-  
tia transegerint hic vitam. Item Bernard, in suis mes-  
itationibus sic iquit. **D**ic nubi ubi sunt amatores mū-  
di qui ante pauca tempora nobiscum erant, nihil ex eis  
remanuit nisi cineres et vermes. **A**ttende diligenter qd  
fuerunt homines fuerunt sicut tu, comedenter, bipes-  
runt, riserunt, duxerunt in bono dies suos, & in pneto  
ad inferna descenderūt. **H**ic caro eorum vermis, & illuc  
anima eoru; ignib; reputatur. **D**onec rursus infelici col-  
legio colligati sempiternis inioliuantur incēdijs qui so-  
ci in vicis & in peccatis fuerunt. **Q**uid profuit illis in  
anis gloria, breuis leticia, mūdi potentia, carnis volup-  
tae, false diuicie, magna familia & mala concupiscentia.  
**E**ibi risus, ubi iocus, ubi iactania, ubi arrogantia. **D**e  
tanta leticia quanta tristitia, post tantam voluptatem  
tam grauiis miseria. **D**e illa exaltatiōe ceciderūt in mag-  
nam ruinam & grauias tormenta. **Q**uicquid illis accidit  
tibi accidere potest? **Q**uia homo es, homo & humo, lim<sup>9</sup>  
de limo. **D**e terra es, de terra viuis & in terram reuerte-  
ris. **D**e his supradictis amatoribus mūdi tam carnali-  
ter & seculariter vincentibus nec mortem metuentibus  
tam vicinam sic loquitur bernardus ad fratres de monte  
dei. **D**u miserables miseri, quos ipse miserie buiis vite &

rie seducunt. dum in bonis dies suos dicunt. et in pun-  
cto ad inferna descendunt Nam ut dicitur in psalmo:  
**V**eniet mors super illos et descendat ad infernum viue-  
tes Certe nunc quilibet eorum posset dicere. Circumde-  
runt me dolores mortis. et pericula inferni inuenierunt  
me **D**icit de quibus dicit Job. xxi. Impi vivunt subleuiati.  
confortatiqz diuicijs. semen eorum permanet coram eis.  
spinorum turba et nepotum in conspectu eorum. Do-  
minus eorum secure sunt et parate. et non est virga dei su-  
per illos **B**os eorum concepit et non abortiuit. vacca pes-  
perit et non est priuata fetu suo. exultant lusibus. tenet  
timpanum et citharam et in puncto ad inferna descendunt  
**O** qz male fecundatur qz stulte ludificatur Qui prop-  
ter florem muudi vanuqz decorem Qui prius appareat  
quasi flos et protinus aret. **E**ladit ad infernum. perdit  
dyadema supernum **M**allet preterite qz in omni tempo-  
re vite. **P**auper virisset nec diuicias habuisset. nec im-  
metito: nam quid tunc thezauri. quid acerius proderit  
auri **C**um peccatores mittuntur ad inferiores. Infer-  
ni latebras ignem pariterqz tenebras **S**emper passuri  
nec ab his vngz redituri. **C**harissime quid dicis de diui-  
tibus huius seculi. uonne moriuntur sicut ceteri. verissime  
in nullo videntur priuilegiati. Nam sicut dicitur sapi-  
entes septimo **U**nus est introitus omnibz ad vitam et  
similis exitus Item iob viceunoprmo **I**ste moritur ro-  
bustus et sanus diues et felix. viscera eius plena sunt a-  
dipe. et medullis ossa irrigantur. **I**lli vero moritur in  
amaritudine anime sue absqz ullis opibus. et tamen si-  
mul in puluere dormient et vmes opiet eos Ecce qz di-  
uices mundi et potentes morte coemorti sunt cum paupibus  
**U**nus ecclasi. x. ois potestas breuis vita. rex est hodie et cras  
moriens Det scilicet rege sine dubio sic legit i. mach. iiij. gla eius  
ster et vermis. hodie extollitur et cras non inuenietur

**E**xemplum enim accipe de excellentissimo miseri p̄inceps  
pe. videlicet alexandro magno qui vniuersum mundum  
sibi subiungauit. sic q̄ totū seculi solū dominus putabatur.  
**V**nde legitur de ipso Magnus alexander quo primū gre-  
cia rege floruit et terris multa trophae tulit. **H**ic mundi  
peragrās fines sibi subiungat orbem. **T**ota terra minor  
virib⁹ eius erat. Item in alio loco sic d̄ eo scribitur. **O**m-  
nia rex regum sibi subdita regna videbat. **F**ecit cū fame  
sonus et fortuna monarcham. **T**otus alexandro famu-  
lectur subditus orbis Magnus et in magno dominetur  
maximus ō:be. **S**ed post mundi triumphum. post vni-  
versale et vnicum totius mundi adeptū imperiū qđ mag-  
ni sequebatur. **N**unquid regni stabilitas aut potestate p-  
petuitas. nūquid corporis incolumentas. aut p̄ficitas vite lo-  
cūs. **C**erte nequaquam illud commune oīb⁹. **T**ertium  
ad mortem post omnia fata recursus. **T**unc bene potu-  
it dicere Alexander in hora mortis sue illud iob. **E**cce e-  
go quondam opulentus repente contritus sum. Nam  
solummodo per duodecim annos et non amplius impera-  
vit. **S**ic enim scribit de ipso petrus in aurora. **B**is senis  
dominans annis morti vir obedit. **C**uius vivit adhuc  
nescia fama mori. **S**imiliter de morte conquerendo po-  
tuit dicere illud Job ix. **S**polianit me gloria mea et ab-  
stulit coronam de capite meo. destruxit me vndiqz et pe-  
reco. **E**cce charissime iam manifeste pater licet omnia ce-  
sar habet. et gloria cesaris esse desinit. ci tumulus vix erit  
octo pedum. **E**x quo appetet euidenter q̄ regia maiestas  
omnis terrena potestas. **P**rosperitas rerum series  
longinqua dierum. **P**reterit absq; mora mortis cujus ve-  
nerit hora. **V**nde dicit aliis poeta. **E**s sapiens marces-  
sapientia morte redundans. **D**ivitie lapsu mobiliori flu-  
uit. **E**s probis. expirat probitas. es honestus honestas  
labitur. es fortis fortia morte cadunt. **S**ane iam vido  
q̄ singula de nobis anni furatur eūtes. **E**t ergo. **S**i si-

eris dices. pulcher fortissime. quid inde **S**i dominus m  
di. si rex. si papa **Q**uid inde? **I**am cito pretererit hec o  
nia q̄ nibil inde **F**ola manent merita quia glorificabis  
mūr inde **U**nde ysidorus in quadā omelia sic dicit. **D**i  
lecrissimi pensare debemus q̄ breuis est mūdi felicitas.  
q̄ modica est huius seculi gloria. q̄ caduca et fragilis ē  
temporalis potentia. **D**icat qui poterit vbi sunt reges.  
vbi principes. vbi imperatores **E**lbī rerum locupletes.  
Elbi potentes seculi. vbi viuites huius mundi. **Q**uasi  
vmbria transierunt et velut somnium evanuerunt. **Q**ue  
runtur et non sunt. **Q**uid dicemus ad hec? Reges obie  
runt. et principes mortui sunt. **M**ulti tamen putant se  
dūi vinere. et quasi nunq̄ morte cadere de presenti vita  
**C**erte non sic impij non sic. **V**los autem sicut homines  
moriemini. et sicut viuus de principibus caderis. **N**am  
ut dicit seneca ad lucillum **H**uius eminentis vite cade  
re est exitus. **U**nde scribitur in ghetta **O**mnia mors de  
let. omnia morte cadunt. **U**niversas enim felicites  
hominū mors terminat et concludit. **N**am cum predi  
caueris fidem abrahe. pietatem Joseph. charitatē moy  
si. fortitudinem sampsonis. zelum phinees. dauid man  
suetudinem. Helezii miracula. Salomonis diuitias et  
prudentiam. absalonis pulchritudinem et formam. sem  
per extrema omnium luctus occupat. finemq̄ historie fi  
nis hominis imponit. unaq̄ conclusio singulorū. vide  
licet. et mortuus est. **E**cce iam patet manifestissime per  
predicta q̄ forma. genus. mores. sapientia. res et honores  
non retinent hominem qui ruit in cinerem. **N**am om  
ne quod est genitum tendit ad interitus. **H**inc est q̄ **O**  
uidius dicit. **O**rtus cuncta suos repetunt matremq̄ re  
quirunt. Et redit in nibilum quod fuit ante nibil. **O**m  
nia ad nibilum deuenerunt tanq̄ aqua decurrent. **S**i  
militer et ego miserrimus quasi ad nibilum redact⁹ sum

et nesciui. Nam dies mei sicut umbra declinauerunt. et  
ego sicut fenum arvi. Puluis enim sum? Homo sicut  
fenum. dies eius sicut flos. sic efforabit. Quoniam spi-  
ritus pertransibit in illo et non subsistet. et non cog-  
nosceret amplius locum suum. Ecce iam considera quod ho-  
mo est res fragilis durans tempore paruo. Efficitur si-  
milis florae que crescit in arvo. Unde ysaie quadragesimo.  
Omnis caro fenum est. omnis gloria eius quasi flos agri.  
Vere fenum est populus. exsiccatum est fenum et cecidit flos.  
Et ergo cur superbit homo qui est sicut fenum tectorum  
quod priusque euellatur exaruit. Unde scribitur in thos-  
bia. Est homo vas luteum. vas lamentabile. fenum arti-  
dulum. fragilis glebula. saccus oleis. Carnis vita. labor  
carnis. Conceptio tabes menstrua. putredo finis. ori-  
go luctus. Spermia prius. modo saccus oleis. Post ver-  
nibus esca in tumulo. Pro qua dote superbit homo?  
Item Bernardus in libro meditationum. Unde super-  
bit homo. cuius conceptio culpa. Nasci pena. labor vita.  
necesse mori. Post hominem vermis. post verme fator  
et horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo  
Intende ergo principium vite tue. et medium et finem  
sive terminum. et inuenies magnam occasionem te hu-  
miliandi. Quid cogitas. quid dicas. et quid temctipsum  
facies. Nonne puluis es et terra? Scriptum est enim ec-  
clesias. duodeciō. Reuertatur puluis in terram suam un-  
de erat. In terram vilissimam in terram putridam ver-  
nibus repleta. Job xviii. Putredini dixi pater meus  
es tu mater mea et soror mea vermin? Item ccclā. xvij  
Omnis homo terra et cinis. Et genesis iii. Reuertaris  
in terrā de qua sumptus es. quia puluis es et in pulue-  
rem reuertaris. Et idem sicut ammonet alans? Esto me  
mor quod puluis eris et vobis esca. In gelida putreus qua-  
do lacebis humum. Ho erit in mundo quod velit vita vivere

**C**um tua rancidior sit caro rupta cane **Uñ berñ.** quid  
fetidius humano cadavere. qd horribili mortuo hominē  
eū erat in vita gratissim amplex fit in morte horribil  
us aspectus **Q**uid ergo prosunt diuincie. qd delicie. quid  
honores **D**iuiacie non liberant a morte. nec delicie a ver  
mibus. nec honores a ferore **D**eus eterni qz misera sor  
te clauditur omnis hō. **C**erte tu carissime si predicā tili  
genter attēderes. maximā humiliatiōnē cām pculdnibio  
inuenires **I**tem q mortis mēria hominē humiliat pa  
tec iij. regū xxi. de achab. qui audita cōminatione mortis  
sibi facta ab helia interim humiliatus est sic q dñs dix  
it ad heliam. nonne vides achab humiliatum coram me  
**L**egitur q in romana curia quōdā fieri solebat et adhuc  
fit suo tempe. q creato papa apportabatur corā eo stup  
pa. quia incensa diebatur sibi sub hac forma **S**ic trāsit  
gloria mundi. hoc est. sicut ignis stupram velociter et ci  
to redigit in fauillam. sic omnis mudi glā cito labitur et  
preterit quasi umbra **N**arrat etiam ylido? consuetudi  
nem antiquitus fuisse. q prima die coronationis impa  
toris Constantiopolitani. cū esset in glā sua. lathom?  
quidam apportauit ei tria vel quatuor genera lapidū.  
dicens ei q eligeret de quo vellet sibi fieri monumentū.  
**I**tem legitur de beato iohāne elemosinario patriarcha  
alexandino qdum sepulchrū eius fieret numq volu  
it perfici. ordinans q in magnis festiuitatib cum hono  
rū alijs veniret ad eum ita dicebat **D**ñe sepulchrū tuū  
imperfectū est iube illō perfici. quia nescis qua hora fur  
est aduentus. **E**t quare siebat ista de papa imperatore et  
patriarcha. qz oēs erāt status excellentissimi būt mudi  
nisi vñ semetipso recognosceret hoies mortales **E**t spe  
longioris vite aut magnanimitate potētie seu terrane  
glorie superbiēdo se non extollerent. **S**ed mortis mē  
riam p̄ oculis babendo se in oīb humiliaret **Uñ q p**

pheta in psalmo. Sciant ḡetes quoniā h̄icēs sunt.  
h̄icēs inquā id est de humo seu de limo p̄ereari. et id ne  
cessario moriūtur. Unde ecclā. xli. Omia que de terra  
sunt in terrā cōuententur. de quoꝝ numero oīs hō d̄pu  
tatur. Unū pp̄b̄ta ih̄emias dicit. Terra. terra. terra;  
audi sermones meos. Terra vocat h̄icēm ter. Est enīz  
terra. q̄ de terra creatur. in terra conuersatur. et in ter  
ram redit et mutatur. Terra est creatione. conuersatio  
et morte. Terra est natura. vita et sepultura. Terram  
sapit. terram lingit. terram s̄tit et concupiscit. Cōgluti  
nac̄ est in terra venter cīns. descēdit ad inferiora terre.  
Celestium oblitus p̄ terra litigat. pro terra pugnat. p̄  
terra mare nauigat. pro terra terram circuit et p̄abulat  
et sepius pro terranūc buc nūc illuc homo miserabilis ā  
tino laborat. nec a talib⁹ cessat. donec qui de terra sumip  
tus est reuertitur in marciā primā videlic̄ terrā. dices  
illud iij. regū. ii. Ecce ingredior viam veniente terre. Et  
ideo cum fer cum lūmus cum res vilissima sum? Unde  
superbimus. qui ad terram terra redim⁹

Qd̄ ineditatio mortis facit hominem  
omnia contemnere

**F**acit etiam secūdo mortis meōria h̄icēm omnia  
contēnere et tanq̄ nihilum se reputare. Unde  
Iheronim⁹ in plogo suo sic inquit. Facile con  
temnit omnia. qui se semper cogitat moriūrū. Nam p̄  
cupiscentia oculorum contēnitur. quando aliquis cogi  
tat se breuiter oīa relicturū. Concupiscentia carnis cō  
temnitur. dñmmodo quis considerat q̄ corp⁹ suū p̄priū  
quasi in instanti erit cibus vermiū. Superbia vite des  
piciunt. dum quis hoc corde ponderat. q̄ ille qui vult es  
se super alios. ponetur in terra subtus pedes omnium  
que est infimū elementorū. Et ideo dicit idem Iheroni  
mus in eplā ad cipriā. Memento mortis tue et n̄ pec  
cabis. Qui cotidie recordatur se moriūrū. contemnit  
b i

presentia festinans ad futura. Esau autem considerans  
sibi mortem imminere faciliter cōtempsit terrena. Unde  
dicitur genesis xxv. En morior. quid mibi p̄derunt  
primum genita. Item ysidorus aduertens presentis vice  
breuitatem. t q̄ ea que videtur hic possideri quasi instā  
tissime videlicet in morte relinquenda sunt. ad illorum  
exhortans cōtemptū sic inquiens ait Si vis esse quiet  
nihil seculi appetas Semper requiem mētis habebis si  
curas seculi a te proieceris. abiice a te quicquid bonum  
propositum poterit impedire Esto mortuus mundo et  
mundus tibi. Mundi gloriam quasi mortuus non aspi  
rias. ab affectu huius vite quasi mortuus te iam separa  
Sicut sepultus nō habeas curā de sclo. Tāq; defunc  
tus ab omni te purga negocio. viuens contemne quod  
post mortem non poteris habere Unde ait seneca Ni  
hil eque tibi proficiet ad temperatiam oīm rerum tēpa  
lium et contemptus sicut breuis cui et huius temporis  
incerti meditatio. Igitur dilecte mi dūm viuis memori  
mente memento mori Unde legitur in libello de dono  
timoris q̄ quidam magna litterature in philosophia da  
tus mundi vanitatibus audiens semel legi in matutis  
de longa vita patrum antiquorum. et q̄ semper diceba  
tur in fine ad quemlibet eorum. et mortuus est. Gene  
quinto Cogitauit q̄ sibi eriam taliter eueniret quantū  
cunq; temporis viueret super terram. et ex hoc concipi  
ens mūdi contemptū intravit ordinem predictorum.  
in quo factus est peritus magister in theologia et vir ex  
imie sanctitatis. O q̄ bene habuit hic pre oculis verba  
ecclesias. xi. sic dicentes Si annis multis vixerit homo.  
et in omnibus his letar̄ fuerit. meminisse debet tenebro  
si temporis et dierum multorum. que cum venerint va  
nitatis arguentur preterita. Etere in die mortis patet  
vanitas et vanitatum vanitas. et q̄ omnia fuerunt va  
na Unde scribitur ecclesias. iii. Cuncta subiacent vani

fati. et sic est reuera. vana sunt omnia vniuersa et singula  
Vanitas est vita nostra et quelibet mundi creatura  
Nam ut dicitur in psalmo Vniuersa vanitas omnis  
homo viuens In autem estimas diu viuere. et hec tem-  
poralia annis plurimis in deliciis possidere Charissimi  
non sic. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut  
vmbra pretereunt. Ecce iam vides quod dies tui erunt pau-  
ci et episcopatum tuum accipiet alter Et ideo. Tempora  
longa tibi noli promittere vite. Quocunqz ingredieris  
seque mors corporis vmbra. Ideo si bene inspereris te et non  
ba tibi dicta. ac etiam postmodum dicenda cordis auribus  
diligenter percepferis. potius deberes dicere. vado  
mori credens per legum viuere tempus. Forte dies hec  
est ultima vado mori. Libi enim dicitur Luce duodeci-  
mo. Stulte bac nocte demones repetent animam tuaz  
a te. Que autem parasti. cuius erunt? Ergo vade mori  
vade certus quia uelox est depositio tabernaculi tui. ut  
scribitur secunda Petri primo. Et cogita iam te mortu-  
um quem scis et necessitate eriam post quantos libet an-  
nos proculdubio moriturum. Ac contemne transitoria  
que statim et absqz mora (quauis inuite) erunt relinque-  
da. Unde poeta refert. Predia terrarum. possessio dis-  
uiciarum. fabrica murorum. Grandis structura domo-  
rum. gloria mensarum. cum delicis epularuz. Insignes  
qz thor. mappe cibiqz decori. Resplendens vestis que  
moribus obstat honestis Grex armentorum spacioius.  
cultus agrorum Fertile vinetum diuina vite repletuz  
Gaudia natorum. dilectio dulcis eorum. Cuncta relin-  
quentur. nec post hec inuenientur. Ex his iam vide et pa-  
sidera quod nihil stabile seu permanens est in presenti vita.  
Unde dicitur ecclastici. scđo. Magnificaui opera mea  
edificaui mihi domos. Plantauui vineas. Feci ortos et  
pomeria. consueui ea cuncti generis arboribus. et extruxi

mibi piscinas aquarum ut irrigarem silvas lignorum germinantium. possedi seruos et ancillos. multaque familiam habui. Urmenta quoque et multos omnium greges ultra omnes qui ante me fuerunt in iherusalem coaceruauit. mibi argentum et aurum et substancias regum. ac prouinciarum feci mibi cantatores et catatrices. ac delicias filiorum bonorum. Cipros et viceos ad vina in ministerio fudenda et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in iherusalem. Sapientia quoque perseverauit mecum. et omnia que desiderauerunt oculi mei non negauit eis. nec proibui cor meum quin frueretur voluptate et oblectaret se in his que paraueram. Cumque vertissim me ad vniuersa opera que fecerant manus mee. et ad labores in quibus frustra sudaueram vidi in omnibus operibus vanitatem et afflictionem animi. et nihil permanere sub sole. Vtene nihil permanet. omnia enim transirent et labuntur quasi umbra. Unde iohannes de garlandia. Quod fuit est et erit perit articulo breuis hore. Ergo quid prodest esse fuisse fore. Esse fuisse fore tria sunt florida sine flore. Nam simul omne perit quod fuit est et erit. Quid enim transiret et cupiscentia eius. Et ideo Qd breuiter durat quis prudens querere curat. Unde bernard. in libro meditacionum sic ait. Quid thesaurisat quis in terra. cum sine dilatione transeat et illud quod colligit. et ille qui colligit. Tu ergo homo quem fructum expectas in mundo. cui fructus est ruina et finis mors. Utinam hec intelligeres et nouissima prouideres. Item petrus blestensis in quadam epistola sic dicit. Gloria mundi fallax et seductorua suos decipit amatores. Quicquid enim vel futurum promittit vel in presenti prouidet. totum ad nihilum deuenit. tanquam aqua decurrentis. Ergo inspice quam fragilis. quam fallax. quam inanis sit mundus et illius gloria quam cupimus. Et igitur o stultissime. Cur cito non spernis que pietatem tueris. nonne vides mundum miserum numis et suribus

dum Sub gladio dire moltis languido perire  
**S**ed mors facit hoīem pñiam acceptare  
Extra ordinē premissorū nūc restat diligenter in-  
vestigare qualiter mortis meōria facit hoīem pñiam ag-  
redi siue acceptare. Itud clare patet ione ij. de nimis  
tis qui ad cōminationem mortis pñiam peregerūt. Itez  
luce ij. Facite dignos fructus penitēcie. Et subdit. Secu-  
ris ad radicem arboris posita est qđ est pñiatio mortis  
Cū occideret eos querebant eū et reuertebātur. s. ad pe-  
nitentiā Ambroꝝ super lucā. Ule mihi si pccā mea non  
desfleuero. ve mihi. si media nocte non surrexero ad con-  
situdū tibi dñe. Ule mihi si dolum primo meo fecero.  
ve mihi si veritatem non dixerō. Ad radicem arboris se-  
curis posita est. faciat qui pōt fructus grē. qui debet pñie.  
Adest domin⁹ et qui requirit fructum vite Job etiā con-  
siderans breuitatem presentis vite. potius elegit hic qđ  
postmodum inutiliter sine fructu penitere. Unde dicit  
Iob decimo. Daucitas dierum meorum finietur breui.  
dimitte me ergo ut plangam paululum dolorem meuꝝ  
anteqꝝ vadam et non reuerrar ad terram tenebrosam et  
opertam mortis caligine. Uere tempus presens ē bre-  
uissimum Nam ut dicunt Iob xiiij. Breves dies hominis  
sunt. Item prima ad Chorintheos vij. Tempus breve  
est et ideo esset melius minimo breuiter et leuiter sustine-  
re modicum. qđ postea dolere et inutiliter penitere per is  
finita secula seculorum. Unde dicit augustin⁹ in libro d  
decem cordis Melior est modica amaritudo in fauibus  
qđ tormentum eternum in visceribus De breuitate pre-  
sentis vite idem dicit in sermone Uita homis tota bre-  
uis est ab infantia usqꝝ ad decrepitam senectutem. Aldā  
enim si adhuc viueret et hodie moreretur. quid ei longi-  
tudo vite profuisset. certe modicum vel nihil. immo pos-  
set dicere Jam mihi preterite fluxerunt tempora vite.  
Unde Quid prodeit homini si viuat secula centū. Cū

moritur vita transisse putat quasi ventum: Et ergo  
dicit Augustinus super psalterium. Si toto tempore illo  
viueres ex quo adam emissus est de paradyso usq; ad  
bodiernum diem. certe videres vitam tuam non fuisse  
diuturnam. que sic auolasset. Cita autem vniuersitatem  
hominis quanta est adde tantos libet annos. duc longis  
sumam senectutem. Quid erit. nonne quasi aurora ma-  
tutina? Item dicit idem in quadam omelia fragiliores  
sumus. q; si vitrei essemus. Ulrum t; si fragile est. ra-  
men bene seruatum t; custoditum dum durat. vita autem  
humana quantumcumq; seruetur: durare non potest.  
Nam sribitur ad hebreos nono. Statutum est omni-  
bus hominibus semel mori. Unde Seneca de remediis  
fortitorum. Vita nostra perigrinatio est. cum dum  
ambulaueris deniq; redendum est. Hanc mortis neces-  
sitatem t; huane vite breuitatem considerabat gentil' ille  
xerxes. De quo beatus iheronimus scribens in epistola  
ad heliodorum. Sic inquit xerxes ille potentissim' rex:  
qui subuertit montes. mariaq; constrauit. cum de subli-  
mi loco cerneret infinitam multitudinem sui exercitii:  
vicitur eo fleuisse q; nullus eorum quos cernebat super  
uiueret post centum annos. In humanis valde necessa-  
riis est humanam vitam non esse longenam. Nam si  
cut barlaam resert. ipsa cuidam arbori comparatur. ad  
eius radices sedent duo mures. unus alb'. nigerq; re-  
liquis. id est dies t; nox huius arboris vite radices in-  
cessabiliter corrodentes. Item aug'. in originali tractas  
illud Jacobi iiiij. Que est nostra vita: Elapor ad modis  
cum parens deinceps terminatur. sic dicit. Vita hec est  
vita dubia. vita ceca t; vita erruosa. quam humores tu-  
midant. dolores extenuant. ardores desiccant. aera mor-  
bitant. este inflant. sciunia macerant. ioci solvunt. tristi-  
cie consumunt. sollicitudo coartat. securitas eberat. diuisio-  
ne iactat. paupertas deicat. iniunct' extollit. senect' incurvat.

Miseritatem frāgit, meror deprimit, et post hēc omia mōrē  
 interimēt, et vniuersis gaudijs sicutū imponit. ita ut cū  
 esse desierit, nec fuisse putetur. Et hoc est qđ dicitur sap.  
 i. Exiguūz et cum tedium est temp⁹ vite nostre. Ex nihil  
 uati sum⁹, et post erimus quasi nihil suimus. Et ibidem  
 Umbra transiens est tempus nostrum. Item sapiētie  
 p̄mō. Transient vita nrā tanq̄ vestigium nubis, et sicut  
 nebula dissoluetur que fugata est a radijs solis, et a calo  
 re eius aggrauata Job xvi. Ecce breues āni transierūt  
 et semitam per quam nō reuertar: ambulabo. Eiusdem  
 nono Dies mei velociores fuerūt cursorē, prētererūt qđ  
 si naues pomā portantes, et sicut aquila volans ad escā  
 Eiusdem septimo Dies mei velociores transierūt, qđ a  
 texente tela succiditur et consumpti absq; vlla spe. Nem̄  
 to mei d̄cus quia ventus est, vita m̄ea et non reuertatur  
 oculus meus ut videat bona, nec aspiciat me ultra vi⁹  
 hominis. Unde petrus in aurora. Tela texentis citi⁹  
 ena vita securūt. Nam nullo transire die vel nocte mo  
 ratur. Qđ similis vento fuerat tua vita memēto. Que  
 fugit absq; mōra que sola transit in hora. Ecce qđ brevis  
 et modica, qđ instabilis et caduca: est hec presens nostra  
 ita. Nam ut scribitur ecclesiastici decimo octauo. Nu  
 merus dierum hōm̄ ut multum centum anni. Sed iste  
 numerus per successus temporum est modicum mino  
 ratus. Unde etiam in psalmo dicitur. Dies annorum  
 nostrorum septuaginta anni. Si antecī in potentatib⁹  
 octuaginta anni, amplius corū labor et dolor. Sed qđ  
 est hoc tempus octuaginta annorum vel centum anno  
 rum per quod homo vinit, est hoc tempus magnum, est  
 hoc longum annorum spaciū reputandū. Certe non  
 sed respic̄ū eternitatis poti⁹ est momētū qđ temp⁹ noīam  
 dum. Cum etiam mille anni sint an̄ oculos dñi sicut di  
 ea besterna que preteriit, et trāsit velut umbra. Vlere ve  
 re h̄c est vita brevis lubrica pena dolor. Itē n̄ solū pōde

randa est presentis vice breuitas : sed etiam maxima in  
certitudo Cum dubia incertis versetur dubia periculis  
Nescimus enim diem neque horam . Sed cum dixerit par-  
er securitas . tunc repentinus superueniet interitus . et for-  
sitan fur ille est hodie aduenturus . Unde poeta . Quis  
scit adhuc an nos plures complebimus annos Nescis an  
cras te mors sit raptura vel ante Et ergo dicitur ysaie  
xxviii . Dispone domini tue quia morieris tu et non vi-  
ues Et ibidem Precisa est velut a texente vita mea . dum  
adhuc ordiret succidit me . Nam dum primo incepi vi-  
uere in eodem tempore etiam incepi morti appropinqua-  
re Unde sapientie quinto . Nos statim nati continuo  
desinimus esse Hinc est quod seneca in epistola dicit . Cotidie  
morimur . nam quotidie demitur aliqua pars vite . Et  
sic quid aliud est vita nostra quam quidam cursus sine tran-  
situs . Unde non immerito horologio comparatur quod  
gradatim semper transit . et usque ad certum punctum con-  
tinuo discurrat . et tunc subito ac improuise cadit . ac capa-  
nellas tangit et eas sonitum facere compellit . Sic i-  
ritate vita nostra semper labitur et fluit usque ad certum  
punctum . Hoc est ad vite terminum a deo patre statu-  
tum et prefixum . quem nemo poterit preterire . Tunc  
enim deficit et cadit et campanellas realiter et ad literas  
sele pulsari et sonare facit . Igitur euigila et prudenter  
expecta cursum vite tue . Nam horologium tuum gra-  
dus paucissimos habet pertransire . Omni enim hora  
plures gradus preterit et transcendent . et statim cum ad  
ulcimum peruerenerit . in haracrum mortis subito dilabi-  
tur et cadit . Audi ergo quid poeta de hoc refert . Ultro  
brevis velut umbra leuis fugit annihilatur  
Sic erudit subitoque cadit dum stare putatur .  
Media namque vita in morte sumus Et ergo dicitur  
de hoc ecclesiastici nono capitulo . Nescit homo finem

sum. sed sicut pisces capiuntur hamo. et sicut aves co-  
prehenduntur laqueo. sic etiam capiuntur homines in tene-  
malo Ecce iam venit finis. finis venit. nam mors vite  
est ultimus finis. **H**ic est finis cunctorum hominum qui am-  
monetur in domo lucis. ut haberetur ecclasi. vii. **E**nd  
dicitur in libello metrico de vita et gestis ipsius alexandri  
magni. **F**elix mortale genus si semper haberet eternum  
premente bonum. finemque timeret. **Q**ui tam nobilior  
media quam plebe creatus. Improuisus adebet anime descri-  
mine magno. **E**cce iam frater carissime. **U**ita quid est ho-  
minis nisi res vallata ruinis. est caro nostra cinis modo per  
cipium modo finis. **H**inc est quod bernardus dicit. **C**uicor  
dor quod sum cinis. et quod cito venit finis. sine fine pertimes  
co. et ut cinis refrigeresco. et quia secundum Gregorium valde  
se sollicitat homo in bono ope qui semper cogitat de extre-  
mo fine. **I**gitur dilectissime. **O**mnia credere diem tibi di-  
luxisse supremum. **S**ep habens memori mete necesse mo-  
ri. **Q**uis ergo homo sane metis considerans breuitatem  
et maximam incertitudinem huius miserabilis vite ac propinq-  
uatatem mortis iam venture. **Q**uis animaduertens dile-  
genterque revoluens quod animi nostri velut aranea mutabili-  
tur et dies nostri sicut sumus deficiunt. et quod homo natus de  
muliere tamquam breue viuit tempore. qui quasi flos egreditur et  
conteritur. ac fugit velut umbra. **Q**uis etiam mentetur  
hoc ponderans ac intuens cordialiter et considerans sic se  
ducitur a diabolo mundo et carne. quod penitere negligit in  
hoc tempore brevissimo. ymmo ut verius dicam in hac priuati ho-  
rula sive momento. **C**erte nemo negligit siue differt. nisi  
quem malicia sua penitus excecauit. **O** quanta pena tali  
bus hominibus de illa negligentia consequetur. **E**liu dicit  
paulus aplius ad hebreos secundo. **Q**uo est fugient si ratam  
neglexerint salutem. **H**inc beatissimum dicit Carissimi  
in hoc brevi tempore si neglexerint. nullam omnino excusa-  
tionem habebunt quoniam pro facinoribus nostris ostendam.

**P**olo ergo breuitatem huius temporis negligere, ne per infinita secula penitentia infructuosa postmodum inpias tarde penitere. **I**gitur festina ne tardaueris ne cum satuis virginibus finaliter excludaris. **V**nde Mathei xxv.  
**E**cce sponsus venit et que parate erant intrauerunt eum ad nuptias, et clausa est ianua. **S**uper quo beatus gregorius sic dicit. **O** si palatum cordis sapere posset, quantum admirationis habet. **E**cce sponsus venit. **Q**uantum dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nutrias, et quantum amaritudinis, et clausa est ianua. **C**harissime si hec saperes et intelligeres, ac frequenter cordetenus ruminares ad penitentiam utique festinanter curreres, nec tempus acceptabile et dies salutis per commissiones et ocia inutiliter perderes sine fructu. **E**t ergo scribit Zepocalisps. **M**emento unde excideris et penitentiam age. **L**egitur apud clarenallem accidisse, quod quidam vir sanctus cum esset in oratione audiuit quandam vocem miserabiliter lamentantem, et cum inquireret quid hoc esset, respobuit. **E**go sum anima cuiusdam damnata infelicem meam vel plangens damnationem. **E**t cum de pena eius quereretur, dixit quod inter omnia que damnatos magis excitabat ad penam erat amissio temporis sibi dei gratiae collati, in cuius pia morula potuissent penitentiam egisse que eos liberasset a pena infernali. **V**nde Hugo de sancto victore. **D**omini gehenne supplicia superat deum non videre et bonis carere: que in potestate habuisti obtinere. **O**pere mur igitur dum tempus habemus: ne postmodumque dicimus penitendo illud Iheremie viii. **T**ransiit estas, finita est mellsis, et nos saluati non sumus. **H**inc est quod de cœtu ille effrem nos ammonet dicens. **O**bsecro vos charissimi et suppliciter rogo, o amici mei vigilate in hoc bieui tempore, in hac hora undecima contendite, iam enim vespera properabit: cum gloria multa remmnerator.

ueniet reddere vnicuique secundum opera sua. Exemplariter  
etiam patet quod mortis memoria inducit hominem ad penitentiam faciendam. Unde legitur de quodam milite  
flagioso. quod nullam penitentiam a papa alexandro sibi  
impositam voluit acceptare. tandem papa dedit sibi animu-  
lum suum: ut illum in digito suo pro penitentia porraseret.  
et quantumcumque eum inspiceret: quod de morte sua cogi-  
taret Quod cum fecisset pluribus diebus. tandem ad pas-  
tam rediit dicens quod paratus esset omnem aliam peni-  
tentiam quantumcumque sibi iniungeret facere et adimple-  
re. Item legitur de quodam alio peccatore. qui etiam  
nullam a confessore voluit acceptare penitentiam. tan-  
dem confessor suus sibi hoc iniunxit. ut preciperet scriui-  
tori suo quod semper in primo ferculo baculum decorticata-  
rum ei presentaret dicens Domine ad memoriam redu-  
catis quod necessario habetis mori et nescitis ubi. quomodo  
do et quando Cum autem per tempus aliquod hoc fac-  
tum fuisset et per hoc que comedebat sibi in tedium ver-  
terentur: dixit confessori suo quod paratus esset omnem as-  
sumptam penitentiam facere quantumcumque etiam vellet.  
Nam cor suum in scipso conturbatum erat et formido  
mortis cecidit super eum Ex predictis ergo satis patet  
quod memoria mortis facit hominem se humiliare omnia  
contempnere. penitentiam aggredi siue acceptare. et ex se-  
quenti peccata deuitare Et ideo Sepe recorderis bo-  
ne frater quod morieris Si memor es mortis: felicis eris  
cito sortis

¶ Sequuntur nunc Exempla ex variis sacrarum litterarum passibus homini christiano admodum utilia.

¶ Petrus damiani ad Blancam  
comitissam de terroribus mortis.

**D**ensandum quippe est cu iam peccatrix aia vincul  
incipit carnis absolu*qz* amaro terrore cōcūtūt  
quantis mordacis pscie stimulis laceratur. Recolit ve  
tita que cōmisit. videt mādata que negligenter implere  
contempsit. Dolet indulta pñie tempa sele inaniter per  
cepisse. Plorat imobile districte vltionis articuluz in  
uitabilitē immīnere. Manere satagit. ire sp̄pellitur. recu  
perare vult perdita. nō auditur. Post terga respiciens  
totius translacte vite cursum velut vnu breuissimū de  
putat itineris passum. Ante se oculos dirigit et infinita  
phennitatis spacia deprehendit. Plorat itaqz qz ante tā  
breue spaciū acquirere potuit leticiam oīm sc̄lorum. De  
siet etiam se ppter tam breuis illeceb̄e voluptatē ienar  
rabilē ppetue suauitatis amississe dulcedinc̄. Erubescit  
qz ppter illā substātiā que s̄mib⁹ erat obnoxia illam ne  
glerit que choris angelicis erat inferenda. Iam radios  
mentis accollit. et dum diuiciarum immortaliū glām p  
templatur eam. ppter vite inopia p̄didisse confunditur.  
Cunqz sub se reflectit oculos ad hui⁹ mūdi conuallē re  
trāqz caliginem. Super se vero mira eterni luīs clari  
tatem. liquido deprehendit quia nox erat et tenebre quod  
amarit. Si rediuijū pñie temp⁹ promteri potuissz qz  
dure conuersationis iter arripet. quātis se denotionuz  
vinculis innodaret. Interea dum ebescentes oculi cō  
tabescit. dum pect⁹ palpirat. dum raucū guttur ablat.  
dentes palati et nigrescit. et quādam velut eruginem  
contrabunt. Pallescit ora. m̄c̄bra cūcta rigescit. Duz  
hec et huiōi tanqz vicine morti precedentia faulantur of  
ficia. assunt oīa gesta simul et s̄ba. nec ipse etiā cogitatio  
nes desunt. et cūcta hec amarū cōtra actore testimoniuz  
reddūt. Coaceruantur oīa an respuentis oculos. et que  
respicere refugit. coact⁹ et inuit⁹ attēdit. Adeat preterea  
hinc horrenda demonū turba. illinc virt⁹ angelica. In il  
lo qui medi⁹ est liquido deprehendit. cui parti iure possit

lio vendicetur Nam pietatis in eo videtur insignia vi  
sitationis angelice blandicijs delinitur. atqz armonice  
melodie ut exeat pronocatur. Qd si cum sinistre parti  
nigredo meritorum t feditatis squalor adiudicer: into  
lerabili mox terrore concutitur. repentini impetus vio  
lentia perturbatur: precipitatur invaditur. t de misere  
carnis ergastulo violenter euellitur. t ad eterna suppli  
cia cum amaritudine trahitur. Nam vero post egressio  
nem de corpore qs explicare valeat quot armate iniquo  
rum acies in insidijs lateant. quot frumentes cunei fera  
libus telis obstructi tunc obsideant. t ne libere transire pos  
sit anim' velut militari more constipate legiones oppug  
nant. Hec t buiōi frequenter in corde versari quid est a  
liud q̄ lenocinantia bui' vite blandimenta respuere. mū  
do repudium dare: illicitos mor' carnis illidere. solidūz  
perfectionis adipiscende. xpositum indeclinabiliter cui  
todire.

**E**x horologio et arne sapientie  
tetit ate discipulū similitudo iuuenis pulcherrimi.  
qui morte preuent' in primo migratur'. de salute  
anime sue nichil disposuerat. Qui buiōmodi voce la  
crimabili clamabat Circūdederūt me gemit' mortis do  
lores inferni circūdederūt me Heu me deus et ne ad qd  
in hūc mūdū nascebar. nat' ex vtero cur nō statiz perij  
En principiū vite mee fuit cum fletu et dolore. nūc aut  
finis me' t exitus existunt cū miserabili plāctu t mero  
re. O mors q̄ amara est memoria tua cordi iocū do t in  
delicijs emutrito Horribilis pūtia tua ei qui t etate iu  
uenis et robore fortis. t qui potitur successib' p̄sporis.  
Qd q̄ parum credidissem q̄ tā cito mori debuisse. S̄z  
nūc mors misera repente quasi in insidijs irrūpens ir  
ruisti super me. comprehendisti me t mille fumib' ligasti  
t in vinculis tecū trabis ferreis. sicut trabi solet dam  
natus ad suppliciū mortis Lemp' preterit. dilapsum ē  
ta nullo homiū reuocari pot. nō fuit hora tam brevis

in qua spūalia lucra suo valore oīa terrena īcōpabiliter  
excedētia cōpare potuissim. **H**eu me miserū. ideo nūc  
stillat ocul⁹ me⁹ pre dolore ⁊ palpebre flūnt aquis. quia  
reuocare qđ p̄terit non possum. **E**ya vos oēs q̄ adestis  
qui meā miseriā videtis. qui flore iūnētutis adhuc gau⁹  
detis. qui tēp⁹ aptū adbuc habetis. me respicte. measq⁹  
miserias considerate. ⁊ in meo periculo dāmū vestrū de-  
clineate. florem iūnētutis vestre cū deo expēdite. tēp⁹ sa-  
cris occupate actiōib⁹ ne similia faciētes similia patiam⁹.  
**O** felix penitentia ⁊ conuersio matura q; secura qui ac-  
tarde pñie se cōmittit dubi⁹ ⁊ incert⁹ erit. quia nescit an  
vere aut fīcte peniteat. **O** cras cras q̄ longam restē se-  
cisti mibi. ⁊ in baratz mortis me procrasti. procrastinā-  
do decepisti me. **E**t qđ adbuc dicam. in proximo est tri-  
bulatio mea. vt de hoc mūndo recedam. **A**ttende nūc a  
me queso diligenter. **E**cce in hac hora magis gauderem  
de breui oratiūcula. puta de salutatioē angelica denore  
per me dicta q̄ super milia aurī ⁊ argenti. **O** mi de⁹ quā  
ta bona neglexi. q̄ male accidit mibi q̄ hec non prouidi-  
qñ bene prouidere potui. quot horas nūc reddituras p̄-  
didi. q̄ modica facta ⁊ negocia iūtilia tractans tā mul-  
ta ⁊ preciosa bona neglexi. **O** mi deus nūc finem verbis  
meis impono. cleri⁹ plangere non valeo. **E**cce veit ho-  
ra que me auferit de terra. **H**eu me nūc video. nūc expe-  
rior q̄ amplius viuere non valeo. ⁊ q̄ mors est in ap̄pin-  
quo. **E**n man⁹ inualide incipiunt rigescere. facies pallē-  
cere. visus obūbrari. ⁊ oculi profundari ac transuersari.  
**A**ch me miserum pūcture mortis amarissime circūdat  
me. ⁊ cor debile suffocare nitūtur. **O** cordis agustie ⁊ p̄-  
sure mortifere. **E**n pulsus incipit caprizare. **U**lnelitus  
deficere. et quasi ex p̄fundō se colligere. lucem hui⁹ mun-  
di amplius non video. **E**t ecce iam statū alterius mūndi  
pre oculis mentalib⁹ quasi premeditato p̄spicere incipio

O mi deus q̄ miserables aspect⁹.en cruent⁹ bestie.lar⁹  
